

Joan. 5.

Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Externa, ac visibili forma iudicaria, ut late explicavi tom. 3. in Evang. c. 1. q. 6 n. 39. ergo sedere cum Patre in throno eius, non est de potestate iudicaria sermo, quia Pater omne iudicium dedit filio.

509.

Sicut ergo illud, sicut ego sedi cum Patre meo in throno eius; refertur ad summam gloriam beatitudinis, quam Pater communicavit filio suo Iesu secundum humanitatem ad quam explicandam dicitur sedere ad dexteram Patris, & ideo hic fit allusio ad illud Psal. 109. num. 1. Sed a dextris meis donec ponam inimicos tuos, &c. Ita etiam id, quod primo ait Christus, qui vicisti, dabo ei sedere mecum in throno meo. refertur ad gloriam, & sensus est; faciem illum participem regni mei caelestis cum sempiterna gloria, ac aeterna luce, & inenarrabili gaudio, ac perfectissima requie Sic Andreas Cæsarientis, Ambrosius Ansbertus & alii.

Psal. 109.

1. Sed a dextris meis donec ponam inimicos tuos, &c. Ita etiam id, quod primo ait Christus, qui vicisti, dabo ei sedere mecum in throno meo. refertur ad gloriam, & sensus est; faciem illum participem regni mei caelestis cum sempiterna gloria, ac aeterna luce, & inenarrabili gaudio, ac perfectissima requie Sic Andreas Cæsarientis, Ambrosius Ansbertus & alii.

Andreas, Ansbert 510.

Dominus hunc Episcopum ad se allicere iuxta suam propensionem.

Cor. 1.

Tamen adhuc inquirendum; cur huic Episcopo coronam regni caelestis promittit Christus sub nomine sessionis in throno suo; hanc enim Dominus omnibus Episcopis, in his septem Epistolis alio, & alio nomine, ac utulo promittit, ut eos ad studium virtutis, ac sanctitatis provocet; huic vero tepidam promittit sub nomine sessionis, quia tepidus fugit laborem, & cursum hinc in eam amplectatur, pollicetur requiem aeternam, & sessionem regalem in caelis. Ita Cornelius, ac si Dominus iuxta propensionem, ac conditionem voluerit hunc Episcopum allicere ad se. Hic dicendi modus quamvis explicet sessionem, non tamen explicat illud additamentum, mecum in throno meo.

511.

Summus Christi amor erga sui imitatores. D. Epiph.

Dico ergo quod in hac ultima Epistola, tanquam in hac, ac ultimo loco voluit Dominus promittere magnum, & summum præmium, quod ab ipso dari potest, ut victores secum regnare faciat, ut participes regni sui, & tanquam confidentes secum in throno suo, quod summum in præmiis eius concessum denotatur, summusque amoris affectus quod lucem accipit ex D. Epiphano in Assumpt. Mariæ dicitur, ait, quod saluator omnium, ipse, quantum videtur intelligi, per se totus solus occurrit, & cum gaudio eam secum in throno collocavit: ut suum eximium amorem erga Matrem denotaret sic etiam tanta dilectione in sui imitatores fertur Christus, ut quasi in eodem throno indigne co-sedem in caelis faciat sedere: sic & cap. 4. sequenti n. 6. dicitur, Et in medio sedis, & in circuitu quatuor animalia: quæ sacros Evangelistas denotabant. Sed si erant in circuitu, quomodo in medio sedis? revera erant in circuitu, sed per affectum, & amorem in medio sedis, ut dicam suo loco.

Apocal. 4.

512.

D. August.

Amicitia facit aequales, & omnia communia.

Amor enim & vera amicitia quandam aequalitatem, ac omnium communicationem secum inducit, nam ut ait D. August. lib. de amicitia tom. 4. cap. 24. Quem diligit, pariter tibi facere non negat: non enim amicitia recte celum, & confirmat idem Augustin. ex illa insigni benevolentia Jonathæ erga Davidem, nam cum ipse esset filius Regis Saul, ac princeps totius regni, ait David. Tu regnabis super Israel, & ego securus. 1. Reg. 23. n. 17. Non solum Davidem sibi exaequabat ut observat Augu-

1. Reg. 23.

nus, sed etiam præferebat: ita ut illum regi's insignibus indueret, iidem se libenter denudabat. 1. Reg. 18. n. 4. Et hac de causa fortasse Moyses a Deo constitutus dux, & populi Israelitici cum multis se excusaret, Tanquam iratus Dominus, ait, Aaron Pater tuus, ecce ipse egredietur in occursum tuum. Exod. 4. n. 14. Cum tamen hoc audisset ab ore Domini, statim acquievit, & ad peragendum munus sibi commissum indilate abiit. Ac si solus dignitatem noluit obtinere, optime tamen, postquam agnovit cum Patre communicatam, tunc illi gratior, & levior facta est.

1. Reg. 8.

Exod. 4.

513.

Cum Abrahamus receperet tres Angelos hospitio in figuram summæ Trinitatis; tres vidit, & unum adoravit. Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei; accedite, utraque facta sim. & fac (submeritis panes. Gen. 18. n. 6. Hoc munus magis spectabat ad ancillas, quam ad dominam, magis ad Agar, quam ad Saram; cur ergo Abrahamus, relicta ancilla, dilectissima conjugii id munus committit; Agnovit ipse, quod negotium illud magnæ & illius virtutis erat, pro quo magnum donum, & præmium erat persolvendum; cum ergo Saram multum diligeret, ut sociam vitæ suæ voluit etiam eam habere ut sociam meriti, ac mercedis. D. Chryostom. ad hunc locum. Quoniam, ait, sciebat boni operis magnitudinem volebat vitæ suæ sociam esse tributuarum mercedum participem.

Gen. 18.

1. Reg. 12.

D. Chryl.

QUÆSTIO LVIII.

Quare Episcopo huic Laodicensi promittitur gloria sub majori, ac excellentiori titulo, quo promitti potuit.

IN his Epistolis promittitur gloria ac beatitudo his Episcopis, sub vario, ac diverso titulo, & nomine: nunc vocatur candelabrum, nunc lignum vitæ, nunc manna absconditum, nunc calculum candidum, nunc stella matutina, nunc nomen novum, nunc vestis candida, nunc columna, nunc thronus, & non quicumque thronus, sed thronus Dei, ut sedeat mecum, ait Christus, in throno meo: ut huic Episcopo Laodicensi, ex quo patet, quod ei promittitur beatitudo, sub excellentissimo titulo, quo promitti potuit. cum nihil majus possit excogitari in gloria, quam ipsamet Dei thronus, alii Episcopi ad magna virtutum opera exhortabantur, ad charitatem nempe, ad sollicitudinem suarum ovium, ad prædicationem, & c. & tamen illis gloria promittitur sub minori titulo, cur ergo huic Episcopo sub tanto nomine scilicet Dei throni.

514.

Difficilis questio.

509.

Respondeo, quod quamvis alios Episcopos ad magnas virtutes exhortaretur, ille tamen Episcopus Laodicensis provocabatur ad prædicationem suæ sententiæ, ac opinionis de Jesu, & ab hac de causa, ait, Dicitis, divites sumus, & locupletati, & nullus ego, & nescis, quia tu es miser, & pauper, & c. & qui de se tam gloria

515.

Valde durum viro magno sententiam mutare, ac retractare. D. Chryl.

Insignis virtus D. Augustini. De Th. VIII.

gloriabundus multa jactabat, amoneatur, ut suam in se iam, paupertatem, ac egestatem agnoscat, & confiteatur; & nil difficultius, ac durius homini, quam opinionem suam deponere, ac sententiam propriam retractare, unde summè laudandus est D. Augustinus qui libros integros suarum Retractionum composuit, plenique libros suarum Confessionum scripsit sua peccata aperiens, ut divinam misericordiam extolleret, gloriamque ejus quæretet etiam propriæ opinionis dispendio. Unde de eo D. Thom. Villanov. Concio. 2. Per istos lib. magnus virtutibus suis, certe mihi sublimis etiam apparet in peccatis suis.

516.

Saulus accepit Epistolam à principibus Synagogæ spirans cædis, ac minaturum ibat contra Christianos in Damasco, & cum appropinquaret, apparere ei Christus D. & subito circumfulsit eum lux de caelo, & cadens in terram audivit vocem dicentem, Saule, Saule quid me persequeris, Actor. 9. n. 2. Ad quid Domine tot, ac tanta agis, ut ad te Paulum advoces, ipsumque ad te trahas? Ut civitas Ninive converteretur sufficiens fuit una vox prophetæ Jonæ; quavis civitas esset valde magna, & populosa: Ut David excitaretur ab adulterio suo abundans fuit una vox Natham Prophetæ: Ad quid ergo tot ac tanta interponitur ad Sauli conversionem; ut filius Dei de caelo descendat, vox divina audiat, & lux caelestis respiciat, ac ipse in terram prosterneretur? Ad hoc ut una civitas à sua idololatria, ac sensualitate revocetur, sicut & unus rex à suo adulterio sat est unus prophetæ vox, ac erga Saulum non solum negotium erat de sua conversione ad fidem, sed etiam ut zelus Judaismi, quem habebat contra Christum, mutaretur in zelum pro Christo contra Judaismum, & quod disputationes, ac prædicationes, quas pro suo errore contra Christum faciebat, pro fide Christi contra Judaismum conficeret, ac retorqueret; & ut à suis vitis, ac turpitudine una amplissima civitas, unumque Rex revocetur, si sufficiens erat unus Prophetæ vox; & ut homo ingenue indolis, ut Saulus suam sententiam retractaret, ac revocaret tanti res erat ut veluti exoptaretur, quod filius Dei de caelo in terram descenderet, caelum que apertum sua luce, ac nitore fulgeret, Saulique in terram prosterneretur, ut in ipse magno animo concepto sui mutationem publicaret, suosque antiquos errores destrueret, ac everteret. D. Chryostom. ad citat. cap. 9. Actor. illa verba, cont. nro in synagoga prædicabat, sic ait: Non erubescit mutationem, neque formidabat destruere ea in quibus antea clarificabatur.

Actor. 9.

Joan. 3.

2. Reg. 12.

Multa mirabilia necessaria, ut vir magnus sententiam retractaret.

D. Chryl.

Joan. 3.

Joan. 4.

contra Christum faciebat, pro fide Christi contra Judaismum conficeret, ac retorqueret; & ut à suis vitis, ac turpitudine una amplissima civitas, unumque Rex revocetur, si sufficiens erat unus Prophetæ vox; & ut homo ingenue indolis, ut Saulus suam sententiam retractaret, ac revocaret tanti res erat ut veluti exoptaretur, quod filius Dei de caelo in terram descenderet, caelum que apertum sua luce, ac nitore fulgeret, Saulique in terram prosterneretur, ut in ipse magno animo concepto sui mutationem publicaret, suosque antiquos errores destrueret, ac everteret. D. Chryostom. ad citat. cap. 9. Actor. illa verba, cont. nro in synagoga prædicabat, sic ait: Non erubescit mutationem, neque formidabat destruere ea in quibus antea clarificabatur.

Ex Dei mandato ingreditur Ionas Ninive prædicans, Adhuc quadragesima dies & Ninive subvertetur. Ioan. 3. num. 4 quod cum audissent Ninivæ, ad penitentiam in jejuniis, & sacco currunt, ob quam misertus est Deus super malitiam, quare locutus fuerat, ut faceret, & non fecit. Ioan. 4. num. 10. & immediatè sequitur capitulum n. 1. Et afflicti sunt Ionas afflictione magna. Cur tanto dolore, ac angustia afflicti sunt propheta, forsitan propter Ninivitarum penitentiam, vel indulgentiam divinam; Minime, sed cum obtinisset munus doctoris, ac prædicatoris, timuit ne doctrina ejus falsitate ac deceptione notaretur; nam ut in persona

Prophetæ, ait D. Basilius Seleucus orat. Et ego sa si quis estimabor. Et inde necesse erat dicere tuam sententiam, ac doctrinam mutatam esse ob divinam pietatem, ac elementiam hominibus impensam; vaid durum videbatur tanto viro talem mutationem dicere, ac publicate in doctrina, ac prædicatione sua, & ideo Prophetæ affligebatur afflictione magna. Inde Dominus Prophetam consolatur, ut in Dei persona ait D. Basilius Seleucus citatus ad Iohannem. Non est demeritum. Nam sententia mea, & comminatio tua intergentia est, nisi penitentiam egerint Ninivite: ergo cum hanc persolverint, firma stat mea sententia; & consilium tua doctrina; ac prædicatione. Non est demeritum.

Consolatur Prophetam, quod sua sententia non sit mutata.

QUÆSTIO LIX.

Quare Christus Dominus in his Epistolis non resumit omnia Epitheta, quæ habuit in prima visione?

Epitheta, quæ Dominus resumit in titulis Epistolæ septem Epistolarum sunt ea, quæ habentur de scripta in prima visione cap. 1. n. 13. Vidi in medio septem Candelabrorum aureorum similes filio hominis, vestitum pedesque circumdare aurea zona aurea: caput ejus, & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix, & oculi ejus tanquam flamma ignis, & pedes ejus similes auriballo sicut in camino ardenti, & vox illius tanquam vox aquarum multarum, & habebat in dextera sua septem, & de ore ejus gladius utraq; parte acutus exibat, & facies ejus sicut sol lucet in virtute sua. Ex quibus aliqua immutat in exordio harum Epistolarum, alia vero omittuntur; cur hæc verò omittantur, inquit præsens questio; de quibus latè agit Ferrarius, qui questionem excitat.

518.

Apoc. 1. Difficilis questio.

Omittitur primò illud, similem filio hominis. Quod in illa visione ita dicatur, bene se habet, quia in symbolo, ac figura multa de Christo D. dicenda erant. At cum scribit has Epistolas præcipit, admonet, & reprehendit ut Dominus; & ideo similitudo abicienda fuit, & in propria persona agendum cum illis, quæ ostendunt ejus excellentiam, ad majorem auctoritatem, potentiam, & vires indicandam, ut reprehensio à tanto Domino tam districte inflicta altius, & intimius impressa remaneret.

519. Excellentia manifestanda in reprehendente.

Secundò, omittitur illud, vestitum pedesque. In podere supra diximus significari sanctitatem, justitiam, ac innocentiam Christi, quam in se habuit, & suæ acquisivit Ecclesiæ, suisque sacramentis communicavit, hoc autem cum valde commune sit in omnibus mandatis, noluit in aliqua Epistola peculiariter scribere, sed in omnibus supponere: sicut etiam poderis longitudo significat perseverantiam, quæ in omni sanctitate, justitia, ac opere bono maxime necessaria est; nam sive Dominus committitur, & à malo exterratur; sive adhortetur, & ad bonum invitet, in utroque respectivè requiritur perseverantia usque ad finem & consummationem; & ideo hæc in omnibus præ-

520. Perseverantia in omnibus.

supponitur, sive in viti emendatione, sive in virtutis acquisitione.

521. Justitia, & misericordia cum charitate.

Tertio, omittitur illud *Præcinctum ad mammillas zona aurea*. Charitas hac zona significatur, & hac continent utramque mammillam, scilicet justitiam, & misericordiam, nec ulli Deus miseretur sine justitia, neque ullum arguit, atque castigat sine misericordia, & sic hoc in omnibus Dei operibus supponitur, sit etiam in omnibus istis Epistolis.

522. Exemplum vite Christi so. resurgens omnibus.

Quarto, omittitur illud: *Et facies ejus sicut sol incedens in virtute sua*. Hæc facies Christi respiciens, est admirabile exemplum omnium virtutum, quod nobis dedit vita sua, nobisque re iquit, ut hac luce ambulantes sequamur vestigia ejus. Hæc autem lux omnibus Ecclesiis, omnibusque fidelibus fulget, ut nemo sit qui se abscondat à calore ejus, & ideò tam admirabilis facies Domini resplendens, ut sol, non fuit coarctanda in una Provincia in unoque titulo peculiaris Ecclesiæ, quòd ad omnes mittitur, & in omnibus supponitur.

523. Omnia à Deo prævisa.

Sexto, omittitur illud, *Caput, & capilli ejus candidi tanquam lana alba, & tanquam nix*. hujusmodi caput, ac capilli candidi denotant Dei iudicia æterna à sapientiâ fundata, & quamvis in mundo ac Ecclesiâ, multa nova contingat tamen Deo ejusque Verbo Christo D. nihil est novum, sed omnia prævisa, nota, ac mirabili dispositio ordinata; indeque cano capite, ac capillo est Dominus, sive statuat sive permittat aliquid in Ecclesiis, nec uni magis, quàm alteri hoc convenit; & ideo in peculiari titulo unius Ecclesiæ hoc non fuit ponendum, cum æquè omnibus sit commune. Septimo, & ultimo, omittitur illud, *Vox illius, tanquam vox aquarum multarum*. Scribebat Dominus has septem Epistolas septem Ecclesiis, in quibus eorum diversos status deno-

tabat, tamen omnium status in confessione fidei adumbratur; quia omnes fideles, qui sunt multi populi & aquæ multæ, una voce, ac ore eandem fidem confitentur. Vox ergo illa aquarum multarum erat vox omnium fidelium in profitenda fide; hinc unitati adversabatur, si poneretur in titulo unius Ecclesiæ particularis, quòd erat omnium Ecclesiarum, & ideò non fuit assumendum in peculiari Epistola, quòd erat in omnibus præsupponendum cum omnes Ecclesiæ in unitate fidei conveniant.

Fidelium unitas in Ecclesiâ.

Ad dilectam suam sponsam Ecclesiam ait Dominus, *Vulnerasti cor meum in uno oculo tuorum*. Cantic. 4. num. 9 Si duo sunt oculi, cur de uno tan diu facit mentionem? honorat Angelomus, Philo Cæparchius interpretantur, *In unitate fidelium, ac Prælatorum*. Quia sic omnes Prælati, ac fideles sunt uniti in Ecclesiâ, ac si in eis sit unus oculus, una mens: ac voluntas D. Augustin. in lib. contra Epistol. fundamenti cap. 4. *Teneat, me in Ecclesiâ gremio consensio populorum, atque gentium; teneat auctoritas miraculis sic oata, spe nutrita, charitate audita, veivitate firmata*. Quasi non sit efficacior ad persuadendam fidem, miraculorum vis, doctrinæ fulgor, Religionis sanctitas, qua in Ecclesiâ efflorescunt, quam ipsa animorum concordia, ac unitas in tanta gentium diversitate.

525. Cant. 4. Honor. Philo Angelom.

D. August. Mirabilis Ecclesiâ unitas.

Universas oves suas committens Christus Petro ait *Pasce oves meas*. Joan. 21. num. 17. In quem locum D. Bernard. lib. 2. de Considerat. ad Eugen. ait: *Committens uni, unitatem omnium commendat. Ubi unitas, ibi perfectio*. Tantam ovium multitudinem non pluribus sed uni committit Christus, ut summam unitatem in sua Ecclesiâ commendaret, ubi etiam unitas, ibi perfectio, hanc excellentissimam voluit in sua Ecclesiâ.

526. Joan. 21. D. Bern. Ecclesiâ cum summa unitate, ac perfectione.



CAPUT



CAPUT QVARTVM



CCE jam secunda Joannis visio, qua patenti Cælorum janua videt Dei maiestatem ornatu jaspideo, & Sardino, in Smaragdino solio residentem, velut Irde amictam, simulque circumfidentes viginti quatuor seniores, & quatuor animalia oculis undique plena, incessabiliter Deum laudantia, præcipue in Sacro Trinitatis mysterio, unde ter repetunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus: Tunc viginti quatuor seiores à sedilibus surgunt, & venientes ante thronum, Deum adorant coronas suas deponentes, & simul ipsum collaudant.

Apoc. 4. n. 1. Post hæc vidi; & ecce ostium apertum in cælo: & vox prima: quam audivi, tanquam tubæ loquentis mecum dicens: Ascende huc, ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc.

da erant, attentum redderet; tum etiam, ut rerum sublimitatem denotaret. *Ascende huc, non de loco ad locum, ut non contingit, nec corpore, sed mente & spiritu. Quæ oportet fieri post hæc: Quæ accidit Ecclesiæ ab hoc tempore usque ad finem mundi.*

VERSIONES. Syrus. *Eccc porta aperta in cælo, & vox prima, quam audivi, erat tanquam tuba loquens mecum, & dicebat.* Vid. Martyr. *Vox illa prima.* Arabicus *Quidquid oporteat fieri post hæc.* Vatabl. & alii. *quæ citò oportet fieri post hæc.*

QUESTIO I.

Quanam sit hæc prima vox, que in cælo auditur? Agitur de Joanne Baptista?

EXPOSITIO I.

HOC hæc Connectit Joannes dicenda cum superioribus; ut sciamus simul, & eodem tempore, hæc quoque, ipsi Joanni, ac sequenti a fuisse revelata. Vidi, non reali, ac corporali visione, sed imaginaria, ac intellectuali. *Eccc ostium apertum in cælo*. Non quòd cælum propriè habeat ostium, quòd aperatur, vel claudatur, sed tali ostii apertione denotatur, quòd sic Joannes ad magnatum rerum cognitionem, quæ tantum in cælo agnoscuntur, admissus est, ac si illi cælorum janua esset referata, sic dicitur Ezech. 1. n. 1. *Aperit sicut cæli, & vidi visiones Dei.* Et vox prima. Vocem primam appellat, per respectum ad reliquas voces, quæ postea audivit tanquam tubæ, non quòd vox fuerit tubalis, am dearticulata erat, sed talis dicitur propter solè vehementiam ac magnitudinem: tum, ut Apostolum ad ea, quæ dicenda, ac viden-

Hæc vox dicitur prima non absolute, ut dixi in Expositione, sed respectu eorum, quæ auditorus erat. Hanc tamen primam vocem in cælo esse Joannem Baptistam existimat Petrus Damianus, quia sicut ille primò in deserto clamavit penitentiam, sic & in cælo primò auditur, & loquitur. Sic ait Damianus serm. 1. de Baptista: *Veni ergo ad Joannem, & audi vocem exultationis, penitentiam agite, dicebat; appropinquavit enim regnum cælorum. Verbum penitentia dulce, & gloriosum. Verbum regni cælorum latum, & adorandum illi soli primario convenient, qui primus novi testamenti posuit fundamenta. Hæc est illa vox de qua maximus contemplator cælestium visionum ait; Et vox prima, quam audivi tanquam citharadorum citharizantium in citharis suis? Meritò illa vox inter cælestia gaudia primò loqui ut, & auditur, quæ primò in deserto clamavit penitentiam, ad illamque homines vocavit penitentiam agite. Unde de Joanne dicere possumus illud, quòd pro magno encomio de Divino sponso dicitur: *Labia ejus distillaverunt myrrham primam.* Cantic. 5. numero 13. Joannis labia fuerunt distillantia myrrham primam asperitatis vitæ, ac penitentia.*

Joannes Baptista prima vox in cælo. Petr. dam.

Cant. 5.

Veni Joannes in regionem deserti prædicans: Penitentiam agite, appropinquavit enim regnum.